

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE
VI TRANSACTIONIS
CONTRA
MATRIMONIVM

QVAM
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE

PERILLVSTRI DOMINO

IOANNE TOBIA CARRACH

ICTO

POTENTISS. PORVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS

IVRIVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO

INCLYTI IVRISCONSVLTORVM ORDINIS IN FRIDE-

RICIANA SENIORE ETC.

PRAECEPTORE AC FAVTORE

VSQVE AD CINERES COLENDO

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CAPESSENDIS

DIE 28 MAII C¹5¹CCLVII.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

A V C T O R

IOANNES FRIDERICVS BLANK

INSTROBVRG - LITHVANVS.

H A M B U R G I

LITTERIS I. C. PISCATORIS, AMPLISSIMI SENATVS TYPOGRAPHI.

17573, 478. 9

36
380

TRANSACTIONS
OF
THE
TRANSMISSION

OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

OF
THE
TRANSMISSION
OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

OF
THE
TRANSMISSION
OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

OF
THE
TRANSMISSION
OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

OF
THE
TRANSMISSION
OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

OF
THE
TRANSMISSION
OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

OF
THE
TRANSMISSION
OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

OF
THE
TRANSMISSION
OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

OF
THE
TRANSMISSION
OF
CARRACKS
TO
THE
PORTS

V I R O
PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
D O M I N O
C O E L E S T I N O
KOWALEWSKI,
SVMMI NOMINIS ICTO,
REGIAE, QVAE REGIOMONTI PORVSSORVM
FLORET, ACADEMIAE
CANCELLARIO AC DIRECTORI
SPLENDIDISSIMO,
CVRIAEC REGNI PORVSSICI SACRAE
P R O - P R A E S I D I ,
PROVINCIAEQVE SAMBIENSIS ECCLESIASTICAE
O F F I C I A L I
P E R Q V A M E M I N E N T I ,
INCLYTI ICTORVM IN ALBERTINA ORDINIS
P R A E S I D I O R D I N A R I O
M A G N I F I C O ,
P R I M A R I O Q V E A N T E C E S S O R I
L O N G E C E L E B E R R I M O ,
D O M I N O A C P A T R O N O
B E N E V O L E N T I S S I M O ,
P R A E C E P T O R I A E T E R N V M V E N E R A N D O .

PERILLVSTRIS & EXCELLENTISSIME,
OMNIA EXCELENTISSIMA
Domine ac Patrone benevolentissime,

O Praeceptor aeternum Venerande.

KOWALEWSKI

SUMMI NOMINI IOTO
IEGIVI, QVAE REGIMENTI PARSORVM
LLORENT, AGDEMIE
CANGELARIO AC DIRECTORI
Sternididizimi.



Pietatis, observantiae, grataeque in TE voluntatis meae specimen exhibeo levissimum, ubi clientelae officia publice profitendi oportunam naclus occasionem paucissimas has tvo, VIR PERILLVSTRIS, inscribo NOMINI paginas. Plurimum sane TIBI me debere, nullus dissimulo, quin potius TVI gloriae mihi dico cultum. Imbibi ex ore tvo legitimae pracepta scientiae, eas profecto doctrinas, quarum haustu solo tot iam profecerunt

runt copiarum inuictissimarum praefules, dignitate, genere
ac virtute fulgentissimi, vera sagi ornamenta, quibus vnic
imbuti sunt tot illustres et spectabiles in toga viri, publicas
causas egregie dignissimeque agentes, tribunalium itidem
summarumque curiarum tam iustitiae quam fisci et aerarii
publici cura fungentium non senatores tantum praefan-
tissimi, sed praesidium quoque et moderatorum honoribus
insignes, quibus etiam tot fructi sunt antecessores doctrina
pariter ac fama praezellentes. Per omne id tempus, quo
Regiae Albertinae ciuis iurisprudentiae addiscendae vacauit,
non alia quam TVA, PRAECEPTOR VENERAN-
DE, in disciplina hac usum institutione mirabili me prose-
cutus es benevolentia, saluberrimis haesitanti mibi nun-
quam non adfueristi consiliis, et ubique firmissima animi in
me singularis statuisti documenta. Meum itaque est, vt
mentem prolixae TVAE accumulatissimaeque voluntatis me-
morem simul ac diligentissimum suauissimumque erga TE
publice significem obsequium. Nec est, quod de faciliori
commentationem hanc TIBI dicandi venia a TE impetran-
da dubitem, quum argumentum eius ex iure ecclesiastico

ideoque ex iis petitum sit causis, in quibus dirimendis TV,
VIR PERILLVSTRIS, prouinciae sacrae amplissimae
magistratum optime atque magnificentissime gerens quoti-
die non sine iucunditate quadam versaris. Approbet
SVMMVM NVMEN et in posterum laudatissimi TVI
procurationem ministerii, TANTVM que VIRVM
publicae, sacrae et litterariae rei bono quam diutissime vi-
gere iubeat. TVA autem, PATRONE BENEVO-
LENTISSIME, ut porro floream gratiam, infimis a-
TE maximopere peto precibus

Nomini Tuo Perillustri

Halae, XIII. Kalend. Iunius
A. G. H. R. cle Iccclvii.

Ioannes Fridericus Blank.



Q. D. B. V.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE

VI TRANSACTIONIS
CONTRA
MATRIMONIVM.

§ I.

Spinosissimarum aeque ac difficillimarum Prooe-
quaestionum fertilissimas esse causas ma-
trimoniales, neminem fugit, qui Iuri
Ecclesiastico operam nauavit sedulam.
Impeditissimis quippe tricis inuolutae sunt hae causae,
in primis, cum easdem inter alias spiritualitatis ob-
tentu clerus sibi asseruerit Pontificius, atque ex suis aesti-
mauerit hypothesibus, partim erroneis, partim pseudo-
politiciis. Sane, quae vbiique in Jure Canonico eminent,
Christiani amoris aliorumque officiorum cum iure per-
fecto confusio atque peruersa Sacrae Scripturae interpre-
tatio

tatio & applicatio, non potuerunt non iura hac in parte insigniter turbare, stabilito maxime ac inter capita fidei Catholicae sub haereseos nota c. 9. *X. de Haeretic. viuicomburio dignae, videatur BVRNET. Historia Reform. Anglic. L. I. p. 44. n. 5.* relato sacramenti in matrimonii figmento, de quo tamen mirifice dissenserunt Iuris Canonici conditores, vti vel ex SANCHEZII *Operे matrimoniali L. II.* patet, vsque dum Concilium Tridentinum *Seß. 24. de Reform. matrim. Cap. 1.* benedictionem sacerdotalem, in Sacris licet exulanter paginis, ad substantiam imaginarii huius desiderauit sacramenti. Et quid reliqui fecisset astuta Praefulsi Romani clericus sectatoris libido dominandi ac immanis habendi cupido in matrimonialibus imperio legitimo, cuius causam LAVNOIVS *de Regia in matrimonium potestate* minus apte egit, subtrahendis, vnde potestas ciuilis valde immunita est, Imperatorum & Regum aliorumque Principum matrimonia & quae inde dependent illius arbitrium sequi coeperunt, hierarchia singulare facta est fulcrum, & ex dispensationibus ecclesiae Romanae, quae in illis concedendis indulgentissimam filiis fidelibus, seu qui largitionibus sacris fidem & pietatem suam liberius probant, sese praefstat matrem, diuitiae sunt auctae. Verum enim vero repurgatis sacris explosus est ille error, euauit fictitium illud matrimoniale sacramentum, & ciuale negotium recte iudicatum est matrimonium BLVTHERO in libello, qui inscribitur *Trau-Büklein*, cuius regendi potestas ad legitimum imperium ciuale quasi postliminio reuersa est. Attamen nos non plane expidiisse nos ex tricis Iuris Canonici, relicta licet sacramenti opinione, praesertim iure naturali parum culto, adeo-

adeoque, quid deceat, quid iustum, quid honestum, aut consultum sit, siue in statu naturali siue in statu ciuili, importune inuicem commixto, neque Iure Mosaico per omnia arridente, neque Romanis legibus, quibus Iura Canonica obstat, in matrimonio obtinentibus, prae-
tereaque notione de sanctitate matrimonii minus accurate formata, ac spirituali qualitate quadam eidem a nonnullis tributa, ut quasi sacramentum aliquod videtur, egregie cordati quondam conquerti sunt ICti, prae-
cipue in Regia hac Academia, SAMVEL STRYKIVS *Diss.*
de Diuorio propter insidias vitae, I. S. STRYKIVS *de Re-
liquis sacram. in matrimonial.* THOMASIVS *Diss. de In-
sufficientia fundamentorum definienti causas matrimonial.*
IVST. HENN. BOEHMERVS *Dissert. praelimin. ad citat.*
I. S. STRYKII *tradit. et in Iure Ecclesiast. Protestant.*
Lib. 4. passim praeter alios ab his citatos. Certe difficile est negotium, hac in re median regiamque verae iustiae seruare viam, superstitionem inter et nimiam effrenamque licentiam: nequidem enim omnia, quae Ius Canonicum habet, a recta ratione et voluntate diuina sunt aliena, sed multa ex negotii inprimis ad rem publicam bene compositam applicati fluunt inde *THOMASIVS*
ad LANCELOTT. Institut. Iur. Canon. Lib. 2. titulo 9.
§ 2. not. 250.

§ II.

E numero intricatarum eiusmodi quaestzionum *Thema.*
iuris matrimonialis quoque illa est, qua ambigitur de transactione, quatenus contra matrimonium valeat. Constat haec causa ex diuersis suis capitibus, in quibus singulis ICtorum occurrunt dissensiones, aliis plus aliis minus transactioni indulgentibus: in eo tamen plerisque

B conue-

conuenit, quod transactionem, qua matrimonium, de quo, quin vere existat, non dubitatur, dissolutum imus, inualidam iudicent, paucissimis saltem in diuersam secedentibus sententiam. Quodsi vero rem accuratiore mentis lance perpendam, adhuc aliquid in hac causa, quod etiam extremum eius articulum, transactionem indigit ad dissolutionem matrimonii vere existentis tendenter, attinet, restare videtur monendum. Quapropter *de vi transactionis contra matrimonium* specimine hoc inaugurali succinete disquirere apud animum constitui, ita ut maxime ad illud causae huius capitulum respiciam, *quod dissolutionem matrimonii vere et dubio procul existentis* concernit. Hac vero in re sic procedendum esse autumo, vt exposita brevibus initio transactionis et matrimonii indole, tam ex Iure Naturali quam Positiuo in Germania obtinente, inprimis ex principiis Iuris Ecclesiastici Protestantium, habita simul ratione Scripturae Sacrae meam hac in causa proferam sententiam. Cum autem pro dignitate quaestione hanc exhaustire in praefatarum non vacet: summatim tamen, quid mihi videatur, dicere licebit.

§ III.

Quid transactio? Non immorabor igitur obseruationibus Grammaticis, de voce transactionis vna cum origine sua et significacione populari satis nota. ICris autem praeter vulgarem usum, ad quem etiam L. 229. et 230. D. de V.S. suo modo pertinent, illa venit in significatu vel

I) generali, vt quamvis controvrsiae compositionem mutuo factam consensu denotet LINCK. *Comm. ad Decretal. Lib. I. t. 36. n. 1.* vel

II) spe-

de vi transactionis contra matrimonium. II

II) *speciali* eoque eminentiori, vt sit pactio non gratuita causam decidens dubiam, secundum L. 1. D. et 2. 28. atque 38. C. de Transact. qui hoc loco praecipue ad me pertinet.

§ IV.

Quanquam animus non sit, integrum transactionis materiam pertractandi, adeoque diuisiones, in quas illa deduci solet, tuto praeteruehere queam: vnicum tam propter consecutaria in disceptatione specialiori inde promanantia silentio haud praetereundum reor. Nimirum nonnulli cum Glossa ad L. 1. et 2. D. de Iureiur. transactionis sibi formant species

- I) sententiam,
- II) iusurandum et
- III) transactionem, freti citatis LL. vna cum L. 1. § 12.
D. ad S. Tertull. et L. 229. et 230. D. de V.S.

Sed sola legum harum inspectio monstrat, palam misceri significatum popularem atque generalem cum speciali, de quibus § 3. expositum, conf. CONNAN. Commentar. Lib. V. cap. 6. num. 1. Evidem 1) sententiam I. R. transactionem sensu illo generali sapere, inde quidem admitti potest, quod I. R. quandam index pedaneus partium consensu addiceretur formula a praetore impetrata, ideoque litis contestatio quasi contractus haberetur, et litigatores in sententiam iudicis consensisse viderentur: atque hinc ad transacta finitaque referuntur a PAVLO iudicio terminata in L. 229. et 230. D. de V.S. Mutato autem nouiore I. R. processu sublatoque iudicium et magistratum discrimine vna cum formulis a praetore impetrandis, quin exulantibus plane

istis principiis in Iure Canonico et Germanico, terminata iudicio cum sententia ad transactionem, ceu controuersiae compositionem mutuo factam consensu, perperam referes. Oporunius forsan hoc redibit *compromissum* vna cum laudo arbitri illud sequente. Deinde 2) *iuriurandum* quod attinet, hoc *transactionis speciem* continet, secundum eundem PAVLVM in L. 2. D. de *Iure iur.* hoc scilicet sensu, ut similitudinem quandam transactionis habeat, quatenus consensu litigatorum id, quod conditione delata iuratur, inter eos pro vero habetur, adeoque facti controuersia apprime isto partium consensu deciditur. De 3) *transactione*, quod illa in significatu speciali eoque eminentiori veniat in citatis LL. 229 et 230. D. de V.S. eaque ad me pertineat, per se clarum est. Quousque tamen et transactionis et compromissi et iurisurandi delationis eadem est ratio, eousque etiam cum transactione compromissum ac iuriurandum eodem veniet censu.

§ V.

Axiomata MAT. Liquet ex propositis § 3. transactionem speciali sensu sumtam 1) a caeteris actionibus in eo differre, quod de transactione. 1) eadem *causa dubia* et quidem 2) non gratis decidatur. Quapropter transactio non est, si vel α) certi juris fiat remissio, vel β) dubia quoque causa gratuita finiatur conventione. Interea tamen, 2) siue de re certa siue de causa dubia inita liberalis eiusmodi pactio, quamquam non sit transactio, suis non destituitur viribus; sed donacionis vel alius conuentionis modo valere poterit L. 1. D. de Transact.: nisi forsan δ) ratio legis cuiusdam transactioni aduersantis ita late pateat, ut etiam istis officiat actionibus; quibus fraus legi minime fieri debet. Ex ad-

verso

verso, e) si talis appareat deliberato a partibus conuentio
celebrata animo, in quam definitio transactionis eminenti
sensu sumtae cadit, negotium dubio procul pro trans
actione rali habendum et eiusdem iure aestimandum erit,
quocunque nomine pacientes illud insignierint, ac
licet vel maxime donationis verbo per abusum illud no
tauerint: in conuentionibus enim contrahentium vol
untatem potius, quam verba spectari placuit, secundum
PAPINIANVM in L. 219. D. de V.S. Vnde agitata quon
dam lite inter quasdam personas et rerum eximiae digni
tatis sui ingenii hominem atque hoc tandem speciem,
quod malam tuitus esset causam, adeoque transactionis no
men auerstante hasque compositionis amicabilis offerente
conditions, ut summam quandam donare velle aduer
sariis, quo a lite difficillima et inextricabili desisterent
omnique renunciarent praetensioni, his taedio litis sum
tuosae captis PERILL. DVN S PRAESES suasor exstitit,
vt conditions acciperent, quod consilium tres eorum
partes felici successu securae sunt, confectoque super hac
conuentione instrumento, quod sibi debebatur obtinue
runt, quarta vero pars eorum has pacis conditions initio
quidem respuerat, sed mutato postea consilio flagita
bat, vt sibi quoque summa oblata pro sua donaretur par
te sub conditione desistendi a lite, quo tandem facto
omnis extincta fuit controuersia. II) Quemadmodum
autem omne pactum, quod efficacia gaudere debet sua,
supponit obiectum pacientium arbitrio suppositum:
ita facile intelligitur, idem non minus requirere trans
actionem, alias sua destitutam virtute. An vero matri
monium eiusque sublatio huc pertineat, vel non, inspecta
matrimonii indole demum apparebit.

§ VI.

Quid matrimonium?

Hoc variam meretur contemplationem pro diuinitate Iuris Naturalis sive in statu naturali sive in applicatione ad statum ciuilem considerati, et Iuris Positivi in republica bene composita, in primis Christiana. Sane mihi ex Iure Naturae et quidem in statu naturali rem perpendenti discrimen videtur occurrere inter matrimonium, ut societatem respectu finis simplicem, et compositam.

I) Illo casu erit *societas stabilis maris et foeminae inita sobolis procreandae causa:*

II) hoc autem casu est *societas stabilis maris et foeminae inita sobolis procreandae et mutui adiutorii causa.*

Cave igitur 1) ne de Iure Naturali vel α) concubinatum, vel β) stuprum, vel γ) scortationem cum matrimonio, entia vtroque respectu satis distincta, confundas. Quemadmodum enim iste in stabili societate neutiquam consistit, coniunctionem licet maris et foeminae continuatam sobolis procreandae causa continens, sed vel ex potestate dominica imperatur vel precario initur cum foemina famulante magis mari quam consorte eius, mutuo insuper deficiente adiutorio: ita illud cum hac nec societatem continet, nec sobolis procreationem pro fine habet, sed in uno vel altero actu coitus libidinosi aut furtui aut promiscui consistit. Caeterum 2) cum in Iur. Natur. quid iustum sit, quidue deceat et honestum sit, differat, atque his saepe modum accipiat et temperetur, in republica quoque omnia ad communem eius salutem componi debeant, adeoque id agendum sit, ne publica in honestate commido reipublicae imprimis CHRISTO addictae officiatur: facile liquet, 3) ad officium boni Princi-

pis

pis pertinere curam, ut exulet scortationis et stupri dishonestas, imo etiam concubinatus imperfectio; 4) exadverso virum solum obtineat matrimonium longe perfectius illo, 5) idque cum mutuo adiutorio coniunctum, aequem 6) ac, quantum fieri potest, sit perpetuum, et 7) quo rectius a reliquo coitu inordinato haud probando discernatur, ac familiarum iura ac onera sint certa, publice, praescripta quadam forma rationabili, declaretur, quod in statu naturali decentis consilii magis quam perfectae obligationis est. Quibus positis,

III) in republica tali matrimonium est *societas maris et foeminae individua legitime declarata ad sobolis procreationem mutuali in ita adiutoriorum.*

Vnde 1) coniunctio maris et foeminae deficiente legitima illa declaratione concubinatus, neutquam matrimonium, iudicatur; quippe 2) ille praeter dicta supra sub numero II. 1. hac solemni publicatione aequem ac 3) ciuilibus effectibus in communicanda dignitate et successione cum concubina et liberis ex eadem natis destituitur, quibus matrimonium gaudet. Eoque iure 4) Germania merito vtritur, siue purioribus sacris addictos siue Pontificis Romani asseclas respiciamus. Quae praeterea 5) per quasdam regiones communionem bonorum simulque aeris alieni inter coniuges alit, nisi 6) coniugibus per paecta dotalia aliud placuerit, idque publice declarauerint, alibi vero 7) neglectae communionis bonorum fovet saltē reliquias.

S. VII.

Intelligitur ex his 1) I. N. stricto etiam matrimonio. De matrimonio indefinite initum in statu naturali seu extra rem-monio I. N. publicam mutuo consensu praesumto esse perpetuum. perpetuo
Vix vel dissolu-

bili *in statu* Vix enim praesumenda est foemina libera consensisse in
naturali eiusmodi connubiale consortium, ex quo virginitate
axiom. 1) perdita, formae iactura facta, viribus corporis puer-
 prio attritis, quous momento citra iustam causam extur-
 bari inque infelicem detrudi possit conditionem: nisi vel
 expresse aliud actum sit, vel specialiores fortioresque in-
 tercedant praesumtiones. Quod cum mari non possit
 non esse cognitum, omnino efficit huius quoque con-
 sensum in matrimonium perpetuum. Et cum iura debe-
 ant esse reciproca, inde fluit, foeminam indefinita con-
 iugio sociatam marito pariter se in perpetuum mutuo
 consensu praesumto obliguisse. Augetur illa praesum-
axiom. 2) tio, si vel utraque, vel altera saltem pars, altera non igno-
 rante, persuasionem habeat matrimonii necessario perpe-
axiom. 3) tui. Quodsi vero 2) praeterea consideremus, quid de-
 ceat, quid honestum, quid consultum sit, vix quisquam
 ambiget, quod longe decentius et honestius sit, quodque
 educationi sobolis valde consultius sit connubium per-
axiom. 4) petuum quam consortium precarium. Id autem 3) per-
 se patet, fidem esse seruandam, si verum coniuges edi-
 derint consensum in perpetuum matrimonium. Plane
axiom. 5) 4) distat in hoc, quod in transitu monemus, ad auerten-
 da dubia, societas coniugalis ab aliis societatis subiecto,
 obiecto, fine prorsus diuerso longe distinctis. Caete-
axiom. 6) rum 5) si matrimonium ad tempus definitum sit contra-
 etum, fides data ad tempus seruanda est determinatum.
axiom. 6) Protinus sequitur 6) altera parte inuita citra iustam cau-
 fam solui non posse matrimonium vel perpetuum vel ad
 certum tempus contractum eo nondum elapsu: sed in-
 iustum esse diuortium vel repudium tale, si vel maxime
 Imperantes, Iuri Naturali etiam in libertatis suae statu ob-
 noxiis,

noxii, eiusmodi quid suscipiant. Quae vero sit 7) iusta *axiom. 7)*
repudii causa in matrimonio tam perpetuo quam temporo-
rario valide contrafacto, nam de matrimonio nullitatis vitio
laborante facile statuitur, ex ipsa matrimonii indole § 6.
n. I. II. exposita cognoscitur. Cum enim matrimonium
sit societas praestationes habens successivas ad finem suum
specialem obtainendum, palam est, id omne ius diuertendi
tribuere, quod finem matrimonii in perpetuum euertit.
Siquidem nec in hoc confortio clausula, rebus sic stanti-
bus, exulat. Quamuis iterum officia decori et honesti
aliud saepe suadeant, atque non raro consultum sit, hac
quoque in parte aliquid de iure suo remittere. Ex ad-
uerso autem 8) consortium hoc, ut mutuo subsistit con- *axiom. 8)*
sensu, ita quoque mutua voluntate contraria iuste dissol-
uitur, causa, quantum ad praecpta iusti attinet, soli con-
iugum arbitrio relicta: et licet aliquando parum hone-
ste illud fiat, decori et honesti obligatio, etsi nobilissima,
interna tamen imperfectaque solum est vi externae
coactionis constituta. Nullus igitur dubito 9) quin trans- *axiom. 9)*
actio aduersans matrimonio iure valeat eodem, siue ad
sponsalia dirimenda cedat, siue matrimonium, de cuius
valore vel disceptatur vel certe constat, eadem tollatur,
siue partes de iustitia causae siue de existentia eius in fa-
cto altercentur.

§ VIII.

Quodsi haec ad statum ciuilium seu rempublicam *De eodem*
conuertamus, inde, imprimis ex dictis § 6. n. II. 2. 4. 5. in statu ci-
6. 7. et n. III. 1. 3. 5. 6. atque 7. manifestum erit, 1) in repu- *uli ax. 1)*
blica eo magis id agendum esse, vt matrimonium, quo-
que fieri potest, sit perpetuum coniugesque sibi inuicem
polliceantur fidem perpetuam, et mutuum adiutorium

C perpe-

perpetuum in casibus etiam fortuitis aduersis, neutiquam vero pro lubitu atque priuata illud dissoluant auctoritate: quo minus conuenit, priuatim inire connubium, et quo magis incerta inde familiarum iura atque onera, etiam respectu creditorum aeris alieni coniugalis, fieren. Et quanta, quaeſo, prolis oriretur incertitudo, si homines leuissimi animi nunc huic nunc alii personae iungerentur, inprimis si respiciamus tempora, ex quibus partus vel ad prioris vel ad posterioris mariti familiam refertur, legalia eo ipso saepissime turbanda, quantum inde caperet detrimentum sobolis educatio, quae reipublicae, cuius maxima pars consistit ex coniugibus, nasceretur confusio, si discordia quaevis suborta sufficeret efficiendo diuortio, cuius ipsos diuertentes mox pœniteret, cum amantium irae ſaepe fint amoris redintegratione, quam denique publicam turpititudinem desultorium eiusmodi gigneret conſorium? vt de officiis Christianorum in praesentiarum nihil dicam. Necesse igitur sit, axiom. 2) 2) vt iudicium adeat, qui diuortium flagitat: 3) illud autem minime praeceps ad diuortium ruat temerarium, sed per gradus procedat, atque ante omnia aliis remedias, vtpote ſeria exhortatione, aliquando etiam carcere, mulcta ſimilue praeiudicio, pro qualitate personarum earumque malitia, coniuges in ordinem redigere tentet. axiom. 4) Si vero 4) fruſtranea haec omnia ſint reddita, adeoque desperandum prorsus fit de animorum reconciliatione: indulgendum est diuortio, coniuge altero licet inuito, ad maiora mala euitanda, ex cauſa quavis, quae sub § 7. ax. 7. comprehenditur. Etenim, quod decer, quod honestum eſt, neque abſoluta obtinebitur coaſtione violenta, medio ſubinde conciliandi amoris coniugalis et periculi

riculi ab hoc arctissimo consortio animorum coniunctio-
nem requirente auerruncandi inepto, neque decorum et
honestum manet, quod cum iniustitia coniunctum est,
neque reipublicae conducit, quod maiora eidem infert
mala, sed illa quoque ex pluribus malis necessariis mi-
nus eligere tenetur. Caetera autem *axiomate 1. huius §.*
contenta partim ad dissolutionem auctoritate publica in-
dulgendam non spectant, partim iisdem reponi possunt
dicta § 7. *ax. 7.* partim iudicis prouisione incommodis
ex diuortio fluentibus obuiam eundum, praesertim in-
terdicendo vxori secundis nuptiis, vsque dum pepere-
rit, vel certum sit eandem non esse grauidam, quamvis
diurnitas litis de diuortio, quae serius finitur, quam
partus editur, dubium reddat inane, partim eodem sepe
habent modo, ac si per mortem alterutrius coniugis ma-
trimonium exspirasset, partim denique pro casu aduerso
communiter ferendo haberi nequeunt admissa coniugis
sive dolosa sive culposa fini matrimoniorum aduersan-
tia. Quapropter 5) existimo, si coram magistratu lis *axiom. 5)*
agitetur sive de efficacia sponsaliorum, sive de existentia
veri matrimonii, sive de huius dissolutione, atque vel su-
per facto vel super iure dubio intricata nascatur discepta-
tio, deficiente omni collusionis suspicione, urgente ta-
men vtroque coniuge diuortium spreta admonitione pro
conciliatione animorum implacabili flagrantium odio,
aliisque remediis frustratis, tandem, ad maiora mala euil-
tanda, concedendam esse transactionem, qua matrimo-
nium tollitur. Id minus dubium mihi viderur, 6) quod *axiom. 6)*
coniuges priuato ausu mutua voluntate a thoro et mensa
se iungere se possint, subsistente caeterum matrimonio,
vt itaque spes adhuc sit, fore, vt consortium plene redin-

C 2 tegre.

tegretur: quippe qua in re nec reipublicae nec aliorum interest.

§ IX.

De transactio- Accedamus nunc ad Iura Positiva, quae cum nostra Etione con-nexum habent Iurisprudentia, et quidem initio lustretra matri-mus paucis, quid ex Iure Mosaico de transactione con-monium ex tra matrimonium sit dicendum. Diserte quidem de hac

I. Mosaico, materia nihil dispositum Diuinus legislator: nec opus fuit

hac in parte singulari sanctiōne pro indeole matrimonio-rum Iudaicorum. Sane cum Ius Mosaicum indulserit diuortium Hebraeis ob grauem causam quamcunque in-vito licet altero coniuge, *Deuter. c. XXIV. v. 1.* modo da-retur vxori libellus repudii seu apocha, citra eiusmodi legitimam declarationem non exturbandae, quo de ma-trimonij dissolutione publice constet, ea probari, atque mulier sine metu adulterii committendi ad alia transire queat vota, vnde Iudei adhuc valde scrupulosi sunt circa formam libellorum repudii, quam causam expendit

PERILL. D. N. PRAESES in *Diurnis Halensisibus Anno 1753.* num. 42. et 43. facile est ad intelligendum quod bona grata, adeoque etiam mediante transactione, matrimonium poruerit dirimi Iure illo, si vxori apocha tali prospicere-tur, atque sic publica dissolutionis declaratione obuiam iceretur incommodis alias ex dissolutione metuendis: na-turalis quippe ratio docet, non debere cui plus licet, quod minus est, non licere. Quae vero sit diuortii Iu-daici et matrimoniorum Iudaicorum per transactionem dissoluendorum conditio hodierna sub republica Chri-stiana, oportunius ex infra dicendis apparebit.

§ X.

De Iure Ro-mano. Transeamus protinus ad Ius Romanum. Hoc au-tem

tem de prohibita contra matrimonium transactione nihil speciatim sanxit. Et quidni permisum fuisset eiusmodi transactione tollere matrimonium, quod bona gratia seu mutua voluntate coniugum dissolui poterat *L. 6.* *D. de Diuort. et repud. L. 32. § 10. L. 60. § 1. L. 62. pr. et L. 64. D. de Donat. int. vir. et uxor. Nou. 140. p. et c. 1.* imo quod, nisi confarreatae vel coëmtae essent nuptiae, altera parte inuita ex quauis causa dirimi posse persuasum sibi habebant ICti Romani, quasi eidem aequae ac alii cuius societati indefinite initae ab altera parte sola renunciari posset, minus apte arbitrantes: quamquam solennitatem quandam requireret coniugii dissolutio, ita ut nuptiae confarreatae diffarreatione, coëmtae remancipatione, reliquae adhibitis testibus verbisque solennibus aut libello repudii facta declaratione dirimerentur *L. 1. § 1. et vlt. L. 7. et 9. D. de Diuort. et repud. Nou. 140. c. 1.* HEINECC. *Syntagn. Antiquit. Rom. Lib. I. Adpend. § 41.* RAD. FORNER. *Ker. quodid. I. 9.* Et quamvis postea IMPERATORES Christiani THEODOSIVS et VALENTINIA-
NVS *L. 8. § 2. et 3. C. de Repud. atque ANASTASIVS *L. 9. C. eod. tandem IVSTINIANVS L. 10. et 11. § 2. C. eod. Nou. 22. c. 6. seqq. Nou. 117. c. 8. 9. 10.* non solum diuortium, quod altero coniuge inuito suscipitur, ad certas restrinxerint causas, sed IVSTINIANVS quoque *Nou. 117. c. 10. et Nou. 134. c. 11.* diuorium bona gratia fieri prohibuerit, nisi castitatis concupiscentia coniuges hoc fecerint: IVSTINVS II. tamen, quippe qui impossibile iudicavit, ut omnia matrimonia ita fortunata sint, ne coniuges citra iustam causam dissoluendi matrimonii a se inuicem recedant, atque ut in tanta multitudine non aliquae atroces irreconciliabilesque inimicitiae incident, antiquum ius iterum*

C 3 diuoriorum bona gratia fieri prohibuerit, nisi castitatis concupiscentia coniuges hoc fecerint: IVSTINVS II. tamen, quippe qui impossibile iudicavit, ut omnia matrimonia ita fortunata sint, ne coniuges citra iustam causam dissoluendi matrimonii a se inuicem recedant, atque ut in tanta multitudine non aliquae atroces irreconciliabilesque inimicitiae incident, antiquum ius iterum

restituit, ut scilicet matrimonia, sicuti *mutua affectio exadem conficit*, ita *merito diuersa voluntas per consensum dirimat*, modo hanc missi repudii libelli satis declarent *Nost. 140. praef. et c. 1.* His positis non video, quid de Iure Romano valori transactionis contra matrimonium obstarere queat. Certe opitulantur Latii Iura transactioni ad dissolutionem matrimonii tendenti, dum donationibus assistunt inter coniuges diuortii causa factis, cum saepe eueniret, ut propter sacerdotium, vel etiam sterilitatem, vel senectutem, aut valetudinem, aut militiam, satis commode retineri matrimonium non possit *L. 60. § 1. L. 62. L. 63. pr. et L. 64. D. de Donat. inter vir. et vxor.*

§ XI.

De Iure Canonico, moment. I. In alia omnia vero iuit Ius Canonicum, quanquam in multis aegre cohaerens. Etenim 1) sponsalibus defuturo sacramenti auctoritatem deesse, iam ante Concilium Tridentinum inter alia efficitur ex c. 5. *X. de Digam. non ordin.* Interea tamen Pontifex ALEXANDER III. circa annum 1180. voluit, et sponsus, qui talia sponsalia iure iurando corroborauit, refractorius, de fide seruanda monendus, et, si non acquieuerit monitis, ecclesiastica censura compellendus sit, nisi rationabilis causa obtinerit, c. 10. *X. de Sponsal. et matrim.* Sed cum Pontifex ille modum censurae ecclesiasticae nullum definuerit; pauclo post, scilicet circa annum 1181, consultus, qua censura vtendum sit aduersus sponsam eiusmodi contumacem, Pontifex LVCIVS III. c. 17. *X. eod. respondit*, quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potius quam cōgenda; cum coactio[n]es difficiles soleant exitus frequenter habere: qua decretali huius Papae antecessoris eius sanctio-

sanctioni in cit. c. 10. contentae reuera est derogatum.
Quin 2) transactioni, qua sponsalia de futuro, etiam ^{moment. 2.}
si pure et sine omni conditione fidem dederint despontati,
dissoluuntur, Pontifex INNOCENTIVS III. circa
annum 1212. eo ipso indulxit, dum c. 2. X. eod. decre-
vit commonendi sunt et omnibus modis inducendi, vt
praestitam fidem obseruent. Si autem se ad iniucem ad-
mittere noluerint, NE FORTE DETERIVS INDE
CONTINGAT, VT TALEM SCILICET DVCAT,
QVAM ODIO HABET, videtur, quod AD INSTAR
EORVM, QVI SOCIETATEM INTERPOSITIONE
FIDEI CONTRAHVNNT, ET POSTEA EANDEM
SIBI REMITTVNT, hoc possit in patientia tolerari:
perinde enim est, siue remissio illa fiat gratis, siue non.
Caeterum ipsa verborum indoles, totus eorum con-
textus, nec non ratio dispositionis huius iuncta illa
LV C II III. in c. 17. cit. liquido indigit, quod formula illa,
et omnibus modis inducendi, neutriquam de censura quadam ecclesiastica, multo minus de alia quadam coactio-
ne violenta per carcerem vel mulctam, accipi debeat,
sed id saltem sibi velit, vt in seria exhortatione nihil fa-
ciendum sit reliqui, quo commoueantur despontati, vt
in amore mutuo fideque promissa persistant. Nihilo-
minus 3) avaritia cleri, praecipue Officialium Episco- ^{moment. 3.}
palium vterius processit, quippe qui despontatos, qui-
bus mutua voluntate a sponsalibus etiam de futuro re-
cedere indulserunt, arrhis mulctarunt. Iniquitatem
hanc Ordines Imperii Germanici conquesti sunt inter
centum grauamina in comitiis Norimbergensibus anno
1522. Legato Pontificis exhibita grauamine 69, cuius te-
nor apud GOLDASTVM Reichs-Satzung. P. II. pag. 211. hic
est: So Mann- und Weibspersonen von wegen der heiligen
Ehe

Ehe mit einander dermassen handeln, daß sie sich verfehen, es soll zwischen ihnen ein Ehe seyn, und darumb ihr eines dem andern Kleyder, Kleinot, oder anders zu behalten gibt, und alsdann der Ehe halben streitig, auch von dem Official derbalben gescheiden werden, wil er ein unbillich Interesse haben, alles das, was eins dem andern zu behalten geben hat, das doch wider alle Recht, alle Erbarkeit und Billigkeit ist, vide EIVSDEM Constit. Imp. Tom. vn. p. 456. sqq. EIVSDEM Statut. et Rescript. Imp. p. 36. sqq. HORTLEDER von den Ursachen des Teutschen Krieges Tom. I. Lib. I. c. 1. num. 90. Tom. II. Lib. IV. c. 9. num. 10. vt et Simon. Curiae Rom. in Comit. Norimbergens. anno 1522. Oratori Pontif. proposit. Francof. moment. 4. 1612. Sponsaliorum 4) autem de praesenti per transactionem aequae vt gratuitam eorundam dissolutionem eo magis reprobat Ius Pontificium, quo magis illa olim pro sacramento matrimonii habita fuerunt indissolubili cap. 22. et 31. X. de Sponsal. et matrim. c. 3. X. de Spons. duor. c. 14. X. de Conuersf. coniug. Sed postquam Consilium Tridentinum § 1. citatum dissensum Canonistarum circa formam et initium sacramenti matrimonialis sui ita decidit, vt irritum statuerit matrimonium, quod non praesente parocho contrahitur, frustranea haec sunt, nec Pontificis amplius supersunt sponsalia sua de praesenti, quae quondam finixerant, nec vlla sponsalia dici possunt indissolubilia voluntate mutua, nec quicquam obstat transactioni eadem, quae verbis de praesenti inita sunt, dirimenti, sed potius haec ad amissim dictorum numero 2. huius §. diiudicari deberet. Ipsum vero matrimonium quod attinet, aut constat, illud vere existere, moment. 5. aut non. Hoc casu, 5) si causa ita intricata sit, vt legitima probatio non appareat, ius Canonicum transactioni contra

contra matrimonium aduersari, mihi non videtur propter c. 2. X. de *Clandestina desponsatione*: siquidem Pontifex ALEXANDER III. ab Episcopo quodam rogatus, *vi de clandestinis matrimonii dispensaret* (id est, disponeret) circa annum 1180. respondit: *non videmus quae dispensatio* (i. e. dispositio) *super his sit*. Si enim matrimonia tam occulte contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat; ii, qui ea contrahunt, ab ecclesia non sunt aliquatenus compellendi, scilicet ut matrimonium inter eos sit, hique illud publicent, vti ex textus verbis sequentibus: *Verum si personae contrahentium haec voluerint publicare, nisi rationabilis causa praepeditat, ab ecclesia recipienda sunt et comprobanda, tanquam a principio in ecclesiae conspectu contracta*, quae nihil de receptione personarum habent, sed de receptione et comprobatione matrimonii ab ecclesia tractant, discere licet; adeoque opus non est, vt cum PITHOEIS in hoc textu loco vocis *compellendi* substiuamus verbum *repellendi*. Illo vero casu, nimirum 6) si constet, verum existere inter partes matrimonium, transactionem, quae ad dissolutionem matrimonii tendit, Ius Canonicum penitus reiecit, atque ex persuasione de auctoritate sacramenti matrimonialis prohibitionem huiusmodi transactionis eousque extendet, vt de infidelium matrimonii idem statueret c. vlt. X. de *Transact.* Et quomodo illud aliter se habere posuisset? postquam ex opinione ista matrimonium ita indissolubile iudicavit, vt, nequidem ob adulterium, totale admittat diuortium, SERVATORIS nostri paeceptum apud MATTHAEVM c. XIX. v. 9. vel ad separationem a thoro et mensa, vel ad adulterium spirituale, seu infidelitatem, vt coniux fidelis infideli sine scandalo cohabitare nequeat,

D

nequeat,

nequeat, tantum restringens. Quamobrem Pontifex HONORIVS III. circa annum 1220. IOANNI ex gente DE COLVMNA, obseruante GANZALEZIO TELLEZIO *Commentar. ad cir. cap. vi.* Cardinali Presbytero tituli Sanctae Praxedis Legato a Latere ad IMPERATOREM Orientis Constantinopolitanum tunc temporis Latinis ritibus addictum Occidentali natum gente PETRVM ALTISSIODORENSEM, postea ad eius successorem filium ROBERTVM, cum Graecus IMPERATOR IOANNES III. DUCAS, pulsis eius antecessoribus Constantinopoli a Latinis, sedem suam Nicæae haberet, de quibus vide MARQVARDI FREHERI *Chronologiam continuatam Imperii utriusque, missio, a barbaris infestissimis ab initio male excepto, tandem autem a periculis vitae liberato inque legatione sua persistenti atque de Graecorum sub ditione IMPERATORIS Constantinopolitani constitutorum vitiis, et inter haec, quod laici Graeci uxores suas secundum motum propriae voluntatis dimittere salis superducere non vererentur, querenti, et quid faciendum, consilienti respondit, temporis inferiens homines sibi conciliaturus atque hierarchiam suam ibidem stabiliturus, posse eundem etiam ad componendum interponere partes suas, et interdum aliquid seueritati detrahere, exceptis casibus, qui compositionis seu dispensationis remedium non admittunt, utpote CONIVGII SACRAMENTVM, quod cum non solum apud Latinos et Graecos, sed etiam apud fideles et infideles existat, a seueritate canonica circa illud recedere non licebit, conferatur praeter citatum GONZALEZIVM WAGNERECK *Comment. ad Decretal. ad hunc textum.* Tanti enim interesse sua, ne quid a seueritate imperii sui, ad quod matrimonium sacramenti prorsus indissolubilis praetextu raptum erat, remitterent, Romani existimarent Praefules, ut potius palli*

passi sint, integrum Angliae Regnum occasione diuortii
REGIS HENRICI VIII. potestati eorum se subduxisse,
quam agnoscere et approbare voluerint sententiam iudi-
cium a REGE in hac causa constitutorum, ex BVRNETI
Historia reformationis Anglicanae P. I. Lib. 2. monstrauit
THOMASIVS ad LANCELOTTI *Institut. Iur. Canon. L. II.*
Tit. IX. § 2. not. 250. vbi et dissensum Canonistarum circa
sacramentum in matrimonio infidelium ad § 3. not. 254.
indicauit; quae opinio sacramenti in tali matrimonio
post Concilium Tridentinum, ad eius substantiam decla-
rationem coram parocho competente requirens, amplius
consiste nequit.

§ XII.

Succedat tandem, quid de Iure Ecclesiastico Protestan- *De Iure*
tum sit dicendum. Cum vero hac in parte scripta quadam *Protestan-*
lege ecclesiastica generali destituamur, Aug. Confessione *tum.*
hac de re, principio Pontificio scilicet de sacramento matri-
moniali, silente et Apologia Confessionis huius *art. 7.* sen-
tentiam suam non satis clare dicente: ex analogia fidei
purioris aliisque liberis symbolicis et scriptis atque ex
principiorum iuris consensu de hac questione statuen-
dum erit. Nimurum I) id certum est, quod citata Apo- *axiom. I.)*
logia matrimonium e sacramentorum proprie dictorum
numero omiserit, et matrimonium saltēm alio sensu sa-
cramentum dici posse indulserit, B. LVTHERVS autem
in vtroque Catechismo praeter Baptismum et Sacram
Coenam nullam admiserit sacramentum, imo in Catechis-
mo minore et libello, qui inscribitur *Trau-Büchlein*, mat-
rimonium diserte *ein weltlich Geschäft* appellauerit: ne-
que EVNDEM in fine huius libelli matrimonium, sed ipsam

CHRISTI et Ecclesiae suae vniōnem, secundum B. APOSTOLI PAVLI mentem ad Ephes. V. v. 32., sacramentum seu mysterium nominasse, monuit THOMASIVS ad LANCELOTTI Inſtit. Iur. Canon. Lib. II. Tū. IX. § 2. not. 250. idque apparet luculentissime ex nota B. LUTHERI citato textui subiecta in Bibliis Wittebergae anno 1670. a Wustio in 4to editis. Maxime MARTIN. CHEMNITIVS cum in locis Theologicis art. de Sacramentis P. III. p. 143; tum in Examine Concil. Trident. P. II. p. 3. seq. p. 148. seq. et p. 419. seq. matrimonium et numero sacramentorum proprie dictorum extusit: quam sententiam merito amplexi sunt Euangelia. *axiom. II.*) lici aequē ac Reformati. Consequitur exinde, II) quod, corruente hoc principio, coruant principata omnia seu conclusiones in iure matrimoniali ex eo deducēt, quae illi propriae sunt, ut iustitia earundem aliunde deriuari nequeat. Neque III) mihi videtur ex APOSTOLI PAVLI verbis cit. epif. ad Ephes. c. V. v. 32. erui posse typus quidam vniōnis CHRISTI cum fidelibus in matrimonio latens? quippe totum illud caput nihil indigitat, quam comparationem, quae vltra tertium suum comparationis extendi nequit, illustrationis gratia inter vniōnem SALVATORIS nostri cum ecclesia, ceu sua sponsa, et inter matrimonium institutam, quod inter coniuges rixosos subsistens ineptissimus esset typus. Neque IV) CARPOVII in *Jurispr. Consistorial.* Lib. II. Def. 21. n. 7. quod matrimonio character spiritualis imprimatur, vnde esset de causis spiritalibus, sententia, a SAM. STRYKIO *Diss. de Diffens. Sponsalit. Sec.* III. § 18. confutata, ibidem praesidium inuenit, Sanctitatem V) tem V) porro matrimonii quod attinet, aliam non deprehendo, quam quod matrimonium rationabili modo contractum sanctitati voluntatis Diuinae neutiquam adueretur,

setur, sed ab ipso D E O institutum sit. Ex quibus VI) li- *axiom. VI)*
quet, nec typum illum, nec characterem spiritualem par-
tem habere in praesenti quaestione iuris matrimonialis
enucleanda, nec sanctitatem illam ius matrimoniale con-
fiscere. Restat potius VII) quod praeципue ratio habenda *ax. VII)*
fit propositorum supra § 8. et § 9. 10. ac 11. quous scilicet.
Iuris Mosaici et Romani indulgentiae atque Iuri Canoni-
co cum § 8. conuenit. Quapropter VIII) de matrimonio *ax. VIII)*
perpetuo et eiusdem dissolutione ibidem dicta eriam inter
Protestantes repetenda sunt; ita ut in primis in dirimendis
matrimonii serua exhortatione ex praeceptis C H R I S T I et
A P O S T O L O R V M E I V S officia Christianis coniugibus in-
cumbentia partibus exponantur, ac haec de iisdem obser-
vandis sollicite admoneantur, et pro re nata aliis quoque
mediis congruis ab iniquo proposito pars contumax reu-
ocetur, adeo ut huic, qui iusta diuortii ratione destituitur et
ipse odii implacabilis causa est, minetur iudex in causam
perseuerantis contumaciae iacturam lucrorum matrimo-
nialium, quae ex Iure Romano coniugem desertorem vel
iniustum facientem diuortium manet: quibus frustra ten-
tatis, urgente vel altera vel utraque parte, dissolutioni matri-
monii secundum cordis duritiem magis indulgere, quam
negando eandem maioribus malis occasionem dare, decet.
Et quamvis firmiter persuasus sim, C H R I S T U M M a t h . V ,
32. M a t h . X I X , 9. M a r c . X , 4. seq. L u c . X V I , 18. nec
Schammaeanae, nec Hillelliana sectae opinioni de diuorti-
is accessisse, nec M o s i s legem hac de re dictam simpliciter
probasse, sed diuersam suam sententiam de intentione
Diuina circa coniugium proposuisse, et licet vel maxime
πορνεία saltem fornicationem denotet: nihilominus existi-
mo, S E R V A T O R I S doctrinam non euertere iustitiam foren-

sem dissolutionis matrimonii ex alia quoque causa secundum § 7. ax. 7. et § 8. ax. 4. gradatim concedenda. Pertinent enim DOCTORIS aeternae salutis verba de diuortio cum reliquis EIVS doctrinis ibidem propositis, quibus illa sunt inserta, non ad legem forensem cum coactione iudiciali per magistratum inferenda coniunctam, sed ad officia perfectionis Christianae praestantissima, quae, ut in reliquis capitibus, ita pariter in hoc capite sponte subeunda et eo minus cogenda, quo minus regnum CHRISTI homines obtorto ad se rapit collo, quod homines potius appetere, et, quo eius fiant participes, summa debent ope niti. Verum est, quod ex intentione DEI in prima creatione hominis, seu ex voluntate eius antecedente in coniugio instituendo, illud debeat esse perpetuum: attamen est quoque EIVSDEM voluntas consequens, quod male concordantes coniuges, ad maiora mala vitanda, se iungantur. Hominibus itaque eiusmodi, qui commodiore via in iustum redigi nequeunt ordinem, in Christiana quoque república ad exemplum MOSIS concedenda potius matrimonii dissolutio secundum duritatem cordis, quam ut, negata eadem, peccatis sodomiticis, adulteriis, perpetuis turbis, parricidiis, simulque aeternae salutis aucturiae ansa praebeatur. Accedit adhuc, quod SERVATOR noster alias detestatus sit strictam legum Diuinarum interpretationem, quae circa verba haeret, relicta earundem potestate cognoscenda ex ratione legis *Matt. XXIII. integr. Mart. VII.* cur ergo deberemus in causa diuortii soli verbo πορνείας inhaerere, nec interpretatione per aequitatem doctrinam CHRISTI ad alias causas violationem fidei coniugalnis vel directe vel indirecte continentis, vel eidem aequipollentes, finemque matrimonii in perpetuum euerentes,

exten-

extendere? quorsum etiam implacabile odium in vitae
infidias olim degeneraturum merito retuleris. Cum
vero hanc materiam plenius executi sint ex Theologis
B. LVTHERVIS Part. II. Tom. II. Altenb. pag. 218. SARCE-
RIVS vom heil. Ekeblad P. IV. p. 145. BVXTORFFIVS de
Diuortio p. 118. et ex ICtis BRUCKNER. Decis. Iur. matrim.
c. XVI. n. 13. et 19. et c. XXV. n. 6. 19. ad finem capit. L. B.
de COCCETI Iure Controv. Tit. de Diuort. p. 5. CONSIL. HA-
LENS. T. I. Lib. Conf. 95. n. 2. ad 12. BOEHMER. de Iure eccl.
Protest. Lib. IV. 19. § 30. et 32. ZIEGLER. de iure maiest.
Lib. I. c. 7. § 9. SAM. STRYK. Diff. de Diuortio propt. infid.
vit. KEYSER Diff. de Iure Princip. Euang. circa diuort.
§ 41. sqq. SPENER Diff. de Iure repudior. imprim. ex im-
placab. odii cauf. BODIN. de Diuortio propter delictum,
lectorem ad haec scripta ablego. Nullus IX) quoque axiom. IX)
dubito, quod soluto matrimonio non solum innocentia,
sed etiam nocentia, si donum continentiae non habeat,
secundae nuptiae sint concedendae: quamuis huic imperari soleat, vt sine pompa, *in der Stille, ohne Ge-
pränge*, nuptias celebret, ne res bene gesta videatur.
Quod reliquum est, X) facile intelligitur, remoto sa- axiom. X)
cramento a matrimoniis, inter Protestantes exulare
sponsalia de praesenti, ex mente Iuris Canonici sumta
indissolubilia, neque eadem effici per verba: *Braut
und Bräutigam wollen von diesem Augenblick an, vor
GOTT als Eheleute angesehen seyn.* BOEHMER. Diff. de
Incongr. prax. doctrin. de sponsalib. de fut. et de praef. et Iure
Eccles. Protest. Lib. IV. pass. Neque mihi aliud dicendum
videtur, si sponsalibus accederit concubitus: nam licet
desponsati ipso facto consensum in praefens matrimonium
declarasse dicantur; haec tamen declaratio minime
secundum praescripta legum facta est, vt adeo nec possit
gaude-

gaudere ciuilibus matrimonii effectibus. Coactio quidem sponsi, ad sponsam stupratam ducendam, ex alio defendi potest fundamento, maxime ex damno irreparabili sponsae dolo sponsi illato: sed quae de diuortio propter implacabile odium prolata sunt, eandem facissime excludunt.

§ XIII.

Conseq. I. Colligo igitur ex deductis, 1) sponsalia qualiacunque de *Transactio et mutuo consensu gratuito et transactione posse tolli: contra nullo obstante sponsaliorum de praesenti terriculamento: sponsalia.* quidquid alii dissentiant, sponsalia de praesenti ex mente Iuris Canonici ante Concil. Tridentinum pro sacramento matrimoniali habita turpiter miscentes cum nostris sponsalibus puberum, perfectis, purisque, confutati a *BOEHMEO* cit. *Diff. et Iur. Eccles. Proref. Tit. de Transact. § 4* atque a *IO. S. STRYKIO Diff. de Reliq. sacrament. in matrimonio C. II. § 38. seq.* Interea in quibusdam locis transactione demum permittitur auctoritate consistorii, quod ibidem ad sponsaliorum valorem requiratur, ut publice declarentur, adeoque iterum publice dissoluenda sint, et quo simul praeceutatur fraudibus binorum sponsaliorum, ac ut partes defide seruanda vitandoque leuitatis animi scandalo admoneri queant; qua in re eousque proceditur, ut aduocatus fisci consistorialis contra desponsatos priuatim a sponsalibus resilientes agere teneatur, qui arrhis consistorio cedentibus, imo alicubi praeterea pecuniae quadam summa multantur, atque aduocato fisci operae suae pretium solvere tenentur. Sed de vtroque priore momento saepe ipsum cum partibus transigit consistorium: ac, si dicendum, quid res sit, nimia mihi videtur poena leuis animi, digna emendatione, quae potius pertinet ad reliquias supra

§ 11.

§ 11. mom. 3. traditorum de Officialibus Episcoporum, quorum vestigia in multis legerunt Consistoria Euangelicorum ad instar Officialatum composita. Porro 2) reēte se *Conseq̄t. 2.* habent, qui validam iudicant et remissionem gratuitam et *de Trans-* transactionem aduersus matrimonium, si dubium probabi- *act. contra* le difficultis exitus intercedat, an vnquam validum initum sit *matrimon.* *incertum.* inter partes matrimonium, quia tunc non tam de matrimo-
nio, quam de lite transigitur. HEIG. P. II. Q. 17. MARP. CONS.
XXV. n. 291. ZIEGLER. ad LANCELOTT. Inf. Iur. Canon. Tit.
de Transact. ad § 5. BOEHMER. Introd. in Ius Digest. Tit. ead.
§ 8. Inextricabiles enim tam ratione facti quam ratione iu-
ris de existentia matrimonii eiusque efficacia oriri possunt
lites, viraliter quam mediane transactione vel remissione
mutua expediendae. Ne tamen tale quid simulando partes
verum matrimonium ex friuolis dirimant causis, omnino
opus est, ut talis compositio amicabilis auctoritate magistra-
tus competentis fiat, quo causa dubii probabilis cognita
fraudibus obuiam eatur. Quod ad ipsum matrimonium at-
tinget indubitatum, 3) non video, quid obstet tali transactio- *Conseq̄t. 3.*
ni, qua coniuges a thoro et mensa priuata quoque sola pa- *de Trans-*
ctione separantur inuicem: siquidem adhuc inter eos du- *act. ad sepa-*
rat vinculum connubiale, cum spe redeundi in gratiam, et *rationem a*
neutri parti transitio ad alia competit vota, penes coniuges
vero est suspendere voluntate mutua actualem non minus
procreationem sobolis, quam adiutorium, vel huic cerrum
dare modum; si creditoribus, vbi communio bonorum
inter coniuges obtinet, nullum inferatur detrimentum.
Intempestiuo igitur zelo Consistoria solent nonnulla siue
sponte siue denunciantibus vrgentibusque ministris ec-
clesiae, in tali casu contra coniuges inquirere, eoque ipso
lites de totali diuortio maiore cum reipublicae atque eccl-

Conf. 4. de fiae scandalo excitare. Ex aduerso 4) transactio ad plenariam
Transact. matrimonii dissolutionem priuato ausu temere suscipienda cum
ad totale salute reipublicae atque honestate publica subsistere nequit:
diuortium adeo, vt 5) nec Iudeis in rebus publicis Protestantium subfi-
priuata stentibus concedenda sit: siquidem ista prohibitio non ex sa-
Conf. 5. de cramento matrimoniali, sed ex habitu matrimonii ad statum
Iudeo- ciuilem descendit, ratione ad omnes in republica subsistentes
rum ma- peraeque spectante, qualium ciuilium legum dispositione de-
trim. rogatur Iudeorum iuribus, quae iphis singularem formanti-
bus rempublicam ex Legibus competierunt Mosaicis. Quodsi
Conf. 6. de vero 6) coram iudice competente siue inter Christianos siue in-
Transact. ter Iudeos lis nata sit de dinorio totali et super iusta qua-
iudiciali ad dam causa, quae secundum § *praeced.* repudium etiam inui-
diuortium ti coniugis efficere posset, vt pote si a suspecta vitae ratione,
totale. moribus intolerabilibus atque incorrigibilibus, vel post matri-
monium assumitis, vel ante dissimulatis, si a dissipatione bono-
*rum, famae omnisque fortunae iactura ex dolo coniugis proue-
niente, loco mutui adiutorii innocentem euerente coniugem,
vel alia quadam causa rationabili indelebili fastidium odiumque
virgeatur interne cinum, si de impotentia immedicabili super-
ueniente queratur coniux dono continentiae destitutus, facti-
que propositi probabilitas non deficiat, atque omnis collusio
coniugum exsit, non video, cur, frustra adhibita admonitione
seria, ante omnia sedulo permittenda, coniugibus propter
duritiem cordis et ad maiora mala auertenda, transactio pro
dissolutione plenaria matrimonii non debeat indulgeri, imo
cur idem fieri nequeat, si nulla quidem implacabilis odio ratio
allegetur solida, illud tamen, aliis viis lenioribus frustra ten-
tatis, non extinguitur. Certe ego existimo, magistratum tunc
MOSEM ET IMPERATOREM IVSTINVM II. quem § 10. accepi-
mus, tuto sequi posse: atque reiecta sacramenti opinione non lo-
lum LVDVICI in Doctrina Pandect. Tit. de Transact. § 4. infin.
idem sentit, verum etiam a DNO PRAESIDE percepit, quod ante ali-
quot annos inclitus ICTORUM Ordo in hac Fridericiana Vinariam
*versus**

versus ita prouinciauerit, item inter coniuges quatuordecim annis acerrime agitatam tandem ita componens. Admissa vero tali transactioni inter Iudeos, maritum vxori omnino secundum mores eorum libellum diuortii dare debere cum disciplina corundem, quae in rebus publicis nostris relinquitur ipsis, *Conf. 7. ubi* tum dicta § 9. indigit. Vbi autem 7) prouinciali lege cer-*lege pro-* rata tantum diuortii causae approbatæ sunt, videndum, num *unciali* determinatio saltem pertineat ad diuortium ab iniuto, quæ *causa di-* transactioni non obstat, aur generalior sit dispositio, *causæ grā-uort.* de uitæ tamen transactionem suadeat, tunc adeundum est auditori-*termina-* um ipsius Principis pro impecranda approbatione, quod etiam *tæ.*

pro approbando diuortio iniuti ex causa praeter determinatas rationabiliter fieri poterit. Id 8) dubio caret, quod in diuortio in- *Conf. 8. de* uitæ licet coniugis ex iusta decernendo causa transactio de aliis *Transact.* quefactionibus minus principalibus, vtpore de bonis, solutione *super acci-* aeris alieni, liberorum educatione, similibusue fieri queat. *dentalibus*

§ XIV.

matrim.

Coronidis loco adhuc paucis dicendum, 1) quod de trans- *Coroll. 1.* actione contra matrimonium proposita, ex rationis paritate si-*de pacto* mul ad pactum spectent remissorum. Deinde 2) ex iisdem se-*remissorio.* quitur, perperam vulgn reiici delationem juramenti iudicia- *Coroll. 2.* lis contra matrimonium: cum tamen eiusmodi delatio semper *de Iura-* fiat approbante per sententiam interlocutorium iudice, cuius ar-*menti rela-*bitio etiam hoc casu iusurandum est relinquendum, vt fiat *tione.* etiam medium expidiendarum litorum matrimonialium, quamvis praestatio eius ad matrimonii dissolutionem tendat, si collusionis suspicio nulla emergat. Quemadmodum vero 3) in republica, *Coroll. 3.* maxime Christiana, dissolutione matrimonii nec priuati arbitrii est *de Compro-* nec priuata transactione suscipienda: ita nec procedit *compro- misso.* promissum hac de re; nisi illud in litibus matrimonialibus fiat in magistratum ordinarium competentem. Quod pariter obtinet, si desceptetur de matrimonii existentia, imo et de sponsaliorum dissolutione, vbi haec Consistorii auctoritatem requirit.

T A N T V M.

E 2

NOBI-

NOBILISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO

DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

Rem arduam aggressus es, AMICE AESTVMATISSIME, de vi transactionis contra matrimonium Specimine TWO inaugurali disceptans: turbas enim circulos communis Doctorum opinionis. Sed saluae res sunt TVAE: tanta enim non est communium opinionum auctoritas, ut solidioris Iurisprudentiae scita reclamque vincere possit rationem: nisi fidem quandam carbonariam, sit venia verbis, vel circulatoriam debonescantem Iureconsultos et Iurisprudentiam loco genuinae legum scientiae stabilire velimus. Anteponenda potius est omni auctoritatis praeiudicio iuris iurandi religio, qua doctores constricti ubique agere tenentur secundum scientiam et conscientiam: ast scientiam dicere non ausim, vbi ignorata rationale, cur dictum, saltet nolumus, a quo dictum sit. Certe non video, cur nos detersoribus esse debeamus conditionis in relinquendis erroribus in veteratis, quam maiores nostri fuerunt: nisi ipsi quaeramus insufficientiae atque ignorantiae nostrae asylum in communibus opinionibus. Verum est, quod temere ab aliorum traditis iusta ratione nitentibus recedendum non sit: sed verum quoque est, quod dedebeat, vel bebetem vel timidum esse ad intelligendum id, quod melius est, errore communi detecto. Redde igitur, CANDIDATE DOCTISSIME, TVAS iniusti rationes, quod in ibemate proposito medium seruaueris viam inter audaciam et timideitatem, ac circumspicie versatus sis, in communis errore oppugnando. Id tantum velim, vt TIBI vacasset, largiori tractatione exponere rem, cuius primas tantum dedisti lineas. Interea tempori licet inseruendum TIBI fuerit, paucissimis verbis multa iam dixi-

dixisti, quae vltoribus meditationibus viam pondunt.
Nihil ergo mibi restat, quam ut opusculum aequum ac studia
academica absolta, summosque TIBI iam decretos in luce
honores gratuler, qui, ut ex sententia TIBI fluant omnia, ex
animo adprecor, TVI semper studiosissimus. Vale. Dab.
Halae Magdeburgicae die XXVIII. Maii CICICCLVII.

PRENOBILISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D. A. P.

IOANNES PHILIPPVS CARRACH

SERENISS. PRINC. YSENVRG. NEC NON CELSISS. COMIT.
YSENB. BVDINGENSI A CONSILIIS AVLICIS ACTVALIEVS,
IVR. PROFESS. PVBL. ET ICTORVM ORDINIS
ADSESS. IN REG. FRIDERICIANA.

Defendendam suscipis, AMICE SVAVISSIME, causam
arduam aequam ac singularem, quam plerique Iuris-
Consultorum, si non improbus prorsus et salutari adver-
jantem doctrinam, certe scopolosam censuerunt et aliquan-
do saltim temerariam. Paucissimis enim ante hoc saecu-
lum perspecta fuerunt genuina de causis coniugale spectan-
tibus conforiorum statuendi fundamenta, nostra vero aetate
non desunt, qui cum ATTEIO CAPITONE religioni sibi
ducentes, a traditis maiorum diuortium facere, in pro-
culatis satius ducunt haerere ac proritis auditorum, qui
ipso modice a doctrina instruti fuerunt, verbis, quam cu-
riosiore ad ipsam veritatem penetrare obseruatione. Re-
diffissime igitur rationes TVAS subduxisti, CONSULTISSI-
ME CANDIDATE, vbi eam calcasti viam, quam ad matri-
moniorum indolem explorandam primi omnium monstrau-
runt scientissimi iuris viri, qui nostram illustrarunt Fri-
dericianam. Illud, quod iam tractas, matrimonialium
quaestionum caput primarium est ex iis, in quibus dispi-

ciendis nondum versati sunt isti melioris notae et solliciti
magis interpretes. Tanto antiquior ergo mihi suspetit
ratio, TIBI ingenium sublime et erectum, optimam in-
tegerrimamque animi naturam, exactum diligentiae val-
de probabilis pensum, labores in vitaque, qua disciplinae
vacasti, Academia studio incitato feliciter ad finem per-
ductos, honores demum praemio TIBI decretos fessis gra-
tulandi vocibus. Fortunet TIBI hos DEVS honores, eoque
bene iuuante omnia TVA bonis ineas auspiciis, iustae
OPTIMI PARENTIS patriaeque spei accommodis. Vale,
mihique TVI amantissimo bene cupere perge. Hallae Salis-
cae V. Kalend. Iunias A.G.H.R. cl. 1000

Monsieur,

Vous voilà donc sur les bancs pour y soutenir publique-
ment une thèse. Je vois déjà, que vous als vous
en aquiter avec toute la capacité qu'on a lieu d'attendre
d'une personne, qui a toujours fait ses plus tendres delices
des études. Je croirois manquer à l'amitié, dont vous
m'avez honoré pendant le séjour que vous avez fait ici,
si dans un jour comme celui-ci, je ne vous temoinnois
pas la part que je prens à la glorieuse récompense que
vous recevezes aujourd'hui de vos veilles. C'est avec toute
l'ardeur imaginable que je vous felicite sur le degré de
Docteur dont on couronne votre mérite. Fasse le Ciel, qu'il
tende à sa gloire, au bien de la patrie et à votre propre
avantage. Conservés-moi, je vous prie, votre précieuse
amitié, la mienne envers vous sera à l'épreuve de la di-
stance des lieux et du temps. Je suis avec une estime infinie
et un passionné attachement,

Monsieur,

Votre

à Halle ce 25 May

très-humble et très-obéissant

1757.

serviteur

A.C. DE RODENBERG, de Cleves.

Mon-

Monsieur,

Le jour, que vous allez commencer, est un des plus remarquables, c'est aujourd'hui que le laurier doctoral vous sera imposé; ce jour est solennel pour vous, permettez que je dise qu'il l'est aussi pour moi. Si s'étois moins Votre ami, je pourrois peut être vous envier une déclaration si éclatante de Votre erudition, mais je le juge très juste, que le monde, qui a été temoin de Votre attachement aux études, le soit aussi de la recompensé que Themis vous en donne aujourd'hui. Vous allez defendre une dispute bien solide, moi j'ai l'honneur d'être de vos opposans, pour vous je prévois déjà les louanges qui vous en viendront, mais pour moi je ne fais, si je soutiendrais bien cette charge, cependant j'aime mieux d'être refuté de vous que de tout autre, et j'espere que cette petite controverse ne diminuera pas l'amitié dont vous m'avez honoré jusqu'à présent. Vous allez à Votre patrie qui vous attend, allez y et montrez vous en Docteur, la gloire vous y conduira, allez y heureusement. Que la distance du lieu et le changement de l'état ne vous empêche de vous souvenir quelquefois de

M V A Votre

très humble serviteur

à Halle le 27 Mai
1757.
C. A. DOBLIN,
d'Hermesdorf en Prusse, Opposant.

Monsieur,

L'amitié dont vous m'avez honoré pendant Votre séjour d'ici, ne me permet pas de garder le silence à l'occasion, où j'ai le bonheur d'être temoin de Votre savoir. Quel a été Votre zèle dans la Jurisprudence! et que vous êtes expert dans toutes ses parties, qui sauroit donc blamer, que vous êtes résolu d'en convaincre le monde sur la chaire publique, et je ne doute nullement que chacun

n'admi-

n'admire vos lumieres, voiant avec quelle adresse vous
avez ecarier toutes les attaques qu'on pourroit faire contre
Votre Dissertation bien dressée. Il n'est donc que juste,
qu'on vous couronne avec le titre de Docteur en Droit,
caractere convenable à Votre merite. J'ai donc l'honneur
de vous en feliciter de tout mon coeur, faisant des voeux
au Ciel, pour qu'il garde Vos jours en faveur du public
et comme l'appui de Votre illustre famille. Je me recommande au reste dans Vos bonnes graces, et je suis avec
beaucoup d'attachement,

Monseur,

Votre

tres humble et très obeissant serviteur
à Halle le 27 Mai
1757. J. H. D. ESSELEN,
de Bochum en Westphalie, Etud. en Droit.

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
HONORVM DOCTORALIVM CANDIDATO
AMICO SVO LONGE AESTVMATISSIMO
S. P. D.

I. G. BRAVN, BEROLIN. OPPONENS.

Quantum in omnibus iurisprudentiae disciplinis exhaus-
tiendis atque perspicientis operae studiisque collocauer-
is, quamque felici successu ad interiora Themidis penetratio-
nia accesseris, vel ex hoc, quod in publicum profers, erudi-
tissimo industriae TVAE specimen latere potest neminem.
Gratulor igitur TIBI eximios ac plane singulares TVOS in
legitima scientia profectus; gratulor TIBI honores, quibus
in signiendus, Doctorales, debita virtutibus TVIS praemissa.
Sint haece prima tantum fortunae TE manentis staminis,
quibus corruscus summi rerum humanarum moderatoris
sub auspiciis ad ampliores atque eminentiores honorum di-
gnitarumque gradus impigre ascendas, omniisque tempore fo-
spes et incolumis mei memoriam amicitiae TVAE sacram
perpetuo conserues. Vale. Dubam Halae Salicae, d. XXV.
Maii MDCCCLVII.

ULB Halle
004 931 394

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches
Centimetres

Farbkarte #13

DISSE^TAT^O IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE

DI TRANSACTIONIS
CONTRA
MATRIMONIVM

QVAM
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE

PERILLVSTRI DOMINO

DANNE TOBIA CARRACH

ICTO

TENTISS. PORVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS
IVRIVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
INCLYTI IVRISCONSVLTORVM ORDINIS IN FRIDE-

RICIANA SENIORE ETC.

PRAECEPTORE AC FAVTORE
VSQVE AD CINERES COLEND^O

PRO

MMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CAPESSENDIS

DIE 28 MAII CI^IOCCLVII.

LACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

A V C T O R

IOANNES FRIDERICVS BLANK
INSTROBVRGO-LITHVANVS.

H A M B U R G I

TTERIS I. C. PISCATORIS, AMPLISSIMI SENATVS TYPOGRAPHI

